her Armpits and the Nipples of her breaſts, ſmall hard ſubſtances ſhoot out, much ſlenderer and whiter then the reſt; at each Ear alſo grows a *Horn*; The Skin of her neck does of late begin to turn callous and *Horny*, like that of her Hands and Feet. She eats and drinks heartily, ſleeps ſoundly, and performs all the offices of nature like other healthy people, except that ſhe never had the Evacuation proper to her Sex. This, *Sir*, is as particular an account as I can gather;

I am,

(Hon^d^. *Sir,) Your very*

Humble Servant

S^t^ GEORGE ASHE.

Hiſtoria Ulceris in Inguine dextro, Inteſtinorum fæces emittentis; *à D^no^.* Gui: Earnſhaw, *Medico* Alceſtrenſi, *deſcripta & communicata.*

MUlier quædam *Alceſtrenſis* in agro *Warwicenſi*, annos quaſi quadraginta nata, à vicino oppido domum rediens, ſubito corripitur dolore vehementi inguinis dextri, cui ſucceſſit ſingultus violentus: poſt ſemihoram tumor ibidem oritur ad quantitatem nucis moſchatæ, qui ſenſim fit durus, & tandem niger. Mulier febre, & aliis Doloribus adeo vexatur (nullo in auxilium Medico vocato) ut ſui impos neminem aſtantium cognovit; ita ut precibus publicis Deo commendatur, tanquam jam moritura: tandem applicatione neſcio cujus Cataplaſmatis, aperitur Bubo; à quo aperto quicquid bibit editve, immutatum plerumque intra horæ quadrantem vel dimidium, exit, ſine vel minimo ſeu in ulcere, ſeu in Inteſtinis, dolore; ita ut cum die quodam

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to
Philosophical Transactions (1683-1775).
www.jstor.org

dam lac coctum comediſſet, ex ulcere primo lac ipſum, poſtea coagulatum, cum crepitu (tanquam ab ano) & ſpuma erupit: imo cum pulli partem cum petroſelino comederat, utrumque per ulcus depoſuit. Tandem ego vocatus (pro more talium animantium, ut ſcilicet animam jamjam egreſſuram paululum retardarem) invenio fæminam Hecticam, emaciatam, ſitibundam, urinam tamen ſedeſque, ſine ullo dolore ſtatis temporibus deponentem; ulcus 3 vel 4 digitos longum, latum vero unum, minime profundum, ſed cum cute pene æquale. Ptiſanam laxantem mitto pro 4 doſibus; ſed cum Doſis prima ſtatim per ulcus effluxit, nulla ſede per diem ſequuta, Bolum dedi purganten; poſt ſemihoram etiam iſtius partem emittit. Poſtea tamen ſedes duas cum multo minore, quam ante, ab ulcere effluxu; eundem Bolum die ſequenti cepit; unde ſedes tres, eaſque amplas habuit, cum ſcybalis multis; ulcus vero parum emittit, totam per noctem. Exinde potus exiccantis, & traumatici libras duas vel tres quotidie bibendas, interdum bolum etiam repetendum ſuadeo; horum uſu per dies 14 (ut memini) ſana evaſit, & adhuc ſana vivit.